



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

Cap. I. Mortificationem orationii iungendam & duo hæc sibi mutuo auxilio esse debere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40093**



EXERCITII  
PERFECTIONIS ET  
VIRTUTVM RELI-  
GIOSARVM

PARS SECVNDA.  
TRACTATVS PRIMVS  
De Mortificatione.

CAPVT I.

*Mortificationem orationi iungendam, & duo hæc sibi  
mutuo auxilio esse debere.*

**B**ONA est oratio cum ieiunio, dicebat Angelus Raphael sese indicans Tobias. Per ieiunium Sancti plerumque intelligunt omnem pœnitentiæ genus & carnis mortificationem. Duo hæc mortificatio & oratio sunt præcipua media, quæ utilitati nostræ deseruiunt, quæ coniungenda sunt & connectenda. S. Bernardus a verbis his Canticorum. *Qua est ista qua ascendit per desertum sicut virgula sumi, ex aromatis myrrha & thuris?* dicit duo hæc myrrham & thus, per quæ indicatur mortificatio & oratio. nobis semper adesse, & ad cælum perfectionis nos euehere debere, & de nobis reddere bonum odorem Deo, & vnum sine altero partem aut nihil prodesse, si enim quis nitatur mortificare carnem & non studeat orationi, superbushabebitur. Et huic merito dicitur illud Prophetæ: *Numquid manducabo carnes raurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Non placent Deo esse sacrificia & carniū & sanguinis, si nō iungatur oratio. Et si quis omittat mortificationem, audiat necesse est illud Christi in Euangelio dicentis: *Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico?* Item illud Sapientis: *Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.*

Et huic merito dicitur illud Prophetæ: *Numquid manducabo carnes raurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Non placent Deo esse sacrificia & carniū & sanguinis, si nō iungatur oratio. Et si quis omittat mortificationem, audiat necesse est illud Christi in Euangelio dicentis: *Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico?* Item illud Sapientis: *Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.*

S. Augustinus dicit, *ut in templo Salomone exstructo, fuerunt posita duo altaria, vnum foris, in quo mactabantur animalia offerenda, alterum intus in Sancto Sanctorum, ubi incensum confertum ex variis aromatis incendebatur, sic in nobis duoponenda esse altaria, vnum intus in corde, in quo offeratur incensum orationis, & alterum foris, in quo offeratur incensum operum.*

Rodriguez exercit. pars 2.





*Matth. 6.* secundum dictum S. Matthæi: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: Alterum foris in corpore, videlicet mortificatio, sic ut duo ista semper sint connexa & conglutinata, & se mutuo adiuuent, mortificatio enim est dispositio necessaria ad orationem, & oratio est medium ad parandam mortificationem.

*Simile.* Quod ad primum attinet, videlicet, mortificationem esse dispositionem & medium necessarium ad orationem: omnes Sancti & spiritualis vitæ Doctores sic docent, & dicunt, quod sicut in charta pergamena non potest scribi, nisi sit bene rata & auulsa à carne; eodem modo nisi anima nostra sit separata, & distracta ab affectibus, qui in carne nascuntur, non est idonea, ut Deus in illa scribat & ei imprimat suam sapientiam & diuina dona. Quæ docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? *Ablactatos à lacte, auulso ab uberibus:* Dicebat Propheta Isaias. Indicans eos, qui eius amore sese abstrahunt à deliciis & voluptatibus mundanis & carnalibus appetitibus & desideriis, vult Deus quidem, & solitudinem, ut intret in cor nostrum, & in anima nostra sit multa

*Psal. 75. 3.* quies & tranquillitas. *Et factus est in pace locus eius.*

Hoc & Philosophi gentiles intellexerunt, omnes enim fatentur animam nostram fieri sapientiosem, dum est quieta & tranquilla. Quod fit, quando passiones & appetitus sensuales sunt mortificati & sopiti; tunc enim non sunt vehementiones passiones, quæ inordinatis motibus pacem animæ inturbant, & offuscant oculos rationis, ut sit, cum

*Passiones exacerant & castruant.* passiones dominantur. Proprium siquidem passionum est, rationem oculis priuare, & minuire libertatem arbitrii nostri: ut apparet in irato, ira enim videtur ei iudicium præripere, & similis est furioso & phrenetico: Si quæras, cur hoc vel illud dixerit aut fecerit, respondebit se apud se non fuisse. Sed passionibus sopitis & sedatis, intellectus est clarus & aptus ad noscendum bonum, & voluntas libera ad

idem amplectendum, & sic homo fit sapiens & virtute præditus. Et hæc est pax, quies illa, quam Deus & Dominus noster vult, ut quiescat in anima nostra, & in eâ infundat sapientiam & diuina dona. Et medium ad acquirendum hanc pacem est mortificatio passionum & appetituum inordinatorum, & hinc Isaias eam nominat fructum & effectum iustitiæ: *Eerit quæ iustitiæ pax.*

Idem bene exprimit S. Augustin. super verbis his Propheta: *Iustitia & pax conuolante sunt*, dicens: *fac iustitiam, & habebis pacem, ut osculentur se iustitia & pax.* Si non amaueris iustitiam, pacem non habebis, quia duæ amicæ sunt iustitia & pax, ipse se osculantur: si amicam iustitiam non amaueris, non te amabit ipsa pax, nec veniet ad te. Tu vis pacem, & non facis iustitiam, fac iustitiam, & inuenies pacem. Hæ enim duæ ita sunt vitæ & connexæ, ut vna sine altera esse nequeat, & propterea si non amas iustitiam, non te amabit pax, nec ad te veniet. Bello paratur pax, & nisi tecum bellum gessens te moribundo, & tibi contradicendo, non acquies hanc pacem, tam necessariam orationi.

Quis (dicit Sanctus quidam) te magis impedit & molestat, quam tua immortificata affectio cordis? Istæ passiones, isti appetitus & prauæ inclinationes, quas habes, quiete te spoliant, & non permittunt te ire ad orationem: hoc est quod te in illa inquietum reddit, & quod tantum excitat strepitum & tumultum in anima tua, quod te ex dulci hoc somno excitat, aut, ut verius dicam, non finit te eo frui & quiescere.

Quando quis in ecena nimio se cibo obruit, dormire non potest nec noctu quiescere, eo quod cruditas illa stomachi & crassi vapores, qui ascendunt, ita illum exagitant, ut tota nocte se in omnem partem versans, quietem non admittat. Idem in oratione accidit. Cor nobis nimis graue & onustum est, nimia enim philantia, desiderium obsequendi affectibus, cupiditas honoris & æstimationis, ut que hæc



latis voluntati nostrae replent ita cor nostrum leuant tales vapores & generant tantas & tales ideas & imaginationes, vt nos apud nos esse non sinant, nec cor in Deo fixum tenere. Vnde declaratur, quod dicit

12. 174. *Seruator noster in Euangelio: Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra crapula & ebrietate & curis huius vite.*

Quod non tantum de ebrietate vini, sed etiam rebus mundanis intelligitur. Sicut consonat illud Isaiae Prophetae: *Audi hoc paupercula & ebria non à vino.*

12. 175. *Ex corde non mortificato oritur obscura caligo, quae impedit & auferit ex anima nostra praesentiam Dei. Illudque est, quod dicit S. Apostolus Paulus: Animalis autem homo non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei.*

Hae enim sunt valde subtilia, ipse vero valde implicitus materiae & crassus nimis, & ideo debet se expedire & subtiliorem reddere mortificatione.

12. 176. *Hinc poterit solui certum dubium, quid causa est, quamuis oratio sit partim tam suavis & sapida, orare enim est cum Deo communicare & tractare, cuius familiaritas & consuetudo nullam secum adfert amaritudinem aut tedium, sed summum gaudium & ieritiam: Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tedium conuictus illius, sed ieritiam & gaudium: partim etiam nobis tam utilis & necessaria, cur ea nobis est tam grauis, & quid causae est cur ad eam accedamus, cum tanta molestia, & tam pauci se dent orationi? S. Bonaventura ait: Quasi ligati captuli ad stipitem, venienti animo cogimur esse*

12. 177. *in diuinis.*

Causa huius talis est. Oratio ex se non est difficilis, dispositio necessaria ad illam, quae est mortificatio, & quia hanc dispositionem non habemus, ideo tam grauis & difficilis nobis est oratio. Vt idem videre est in naturalibus, vbi difficultas non est in inducenda forma in materiam, sed in disponenda materia ad eandem.

12. 178. *Ad veritatem plenius indaganda considera idem in viridi ligno, quid non operae impeccat ignis, vt ex ligno viriditate au-*

ferat, quantus fumus exurgat, quanto tempore opus sit ad inducendam dispositionem, simulatque vero dispositum est, in instanti agnus, vt in domum suam ingreditur sine vlla difficultate. Idem accidit in re proposita: omnis difficultas est in auferenda viriditate passionum nostrarum, in mortificatione inordinatorum appetituum, & in diuulsionem rerum terrenarum: quo facto facile & sine vlla difficultate anima Deo se iungit, & delectatur eo familiariter vti & cum eo conferre.

*Mortificatio facilius est oratio.*

Quemque iuuat cum sui similibus rem habere & communicare: idem accidit homini mortificato, qui iam se spirituale & Deo similem mortificatione reddidit delectatur Deo familiariter vti & cum eo loqui similiter Deus nihil prius habet, quam cum eodem agere: *Delicia mea esse cum filiis hominum.* Quando vero quis stert passionibus & appetitibus inordinatis, & vanis honoribus, affectibus, malis propensionibus, deliciis & voluptatibus motus, difficultatem sentit te agendo & conuersando cum Deo, id sane euenit, quod Deo multum dissimilis est, & iuuat cum agere cum sui similibus de rebus terrenis & caducis: *Facti sunt abominabiles sicut ea quae dilexerunt.*

*Similitudo gignit amorem.*

*Prou. 8. 36.*

*Mortificatio Deo similis.*

*Osea 9. 10.*

Dicere solitus erat quidam sanctorum Patrum: vt fieri nequit, vt quis in aqua turbida videat faciem aut quid aliud; sic etiam nemo, nisi corde purgato & sopito à terrenis affectibus, qui illud turbant & commouent vanis & inutilibus curis, poterit in oratione faciem Dei videre, nec Deus se illi videndum exhibebit: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vident.*

*Simile.*

*Matth. 5. 8.*

Oratio spiritualis est visio diuinorum mysteriorum & operum, & sicut ad bene videndum oculis corporeis, opus est eisdem limpidos & claros habere; ita ad bene aspiciendum Dei opera, opus est cor esse purum. In hęc verba ita D. Augustinus: *Deum videre vis? prius ergo cogita de corde mundando, & quicquid ibi vides, quod Deo displicet, tolles.*

*Aqua turbida & oculi obscuro visum impediunt.*

*Aug. ser. 2. de ascensione Domini qui est 175. de tempore.*

Abbas Isaac (vt refert Cassianus colat. 9. cap. 4.) idem comparatione exprimebat,





*Simile.**Pluma ma-  
defacta aut  
viscosa desi-  
netur in ter-  
ra.*

mebat, & dicebat in eo animam leui plu-  
mæ similem esse, quæ non madefacta  
vel mista cum alia re, sed pura & munda  
ab omni viscositate, omni aeris impul-  
su & minimo vento & agitatione à terra  
sursum tendit & volat & per aera fertur:  
sed si madefiat & misceatur cum aliqua  
viscositate, retinetur deorsum, nec per-  
mittitur alta petere, immo onus illud  
eandem deprimat & lato coniungit: sic si  
anima nostra munda & pura sit, statim in  
Deum fertur & ei se iungit vento leui &  
suavi considerationis & meditationis:  
sin vero terrenis cupiditatibus adstricta  
& addicta, & passionibus & inordinatis  
affectibus onusta sit, ita deprimatur &  
aggravatur, vt ad celestia se leuare non  
permittatur, nec congrue orationi vsca-  
re. Abbas Nilus dicebat, si Moyse veta-  
batur ad rubum accedere, nisi calceos  
exuisset; quomodo ad Deum videndum  
accedere, & cum eo agere vis plenus af-  
fectuum & affectionum rerum mortua-  
rum.

*Nilus Abbas  
& Martyr de  
oratione c. 3.  
in bibliotheca  
sancti. Patr.  
tom. 3.**4. Reg. 3. 13.*

Inuenitur quarto libro Regum exem-  
plum hanc pacem & tranquillitatem de-  
clarans, quæ in affectibus & passionibus  
tenenda est, ad commodius orationi vacan-  
dum & agendum cum Deo. Narrat  
sacra Scriptura, dum Rex Israel Ioram, &  
Iosaphat Rex Iudæ, & Rex Idumæus ex-  
peditionem pararet contra Regem Moa-  
bitarum, & solitudinem peragrarent,  
quod ceperint laborare aquæ penuria, &  
totus exercitus siti cõtabuere; & omnes  
simul consuluerint Prophetam Elizeum,  
& dixerit ei Rex Israel, qui erat impius &  
idololatra: Quid hoc est? quare congre-  
gavit nos tres Reges hic Deus: vt nos  
traderet Moabitibus? Cui respondit Elizeus:  
*Quid mihi & tibi est?* vade ad Prophetas  
patris tui & matris tuæ, viuit Dominus  
exercituum, in cuius conspectu sto, quod  
si non vultum Iosaphat Regis Iudæ eru-  
bescerem, non attendissem quidem te,  
nec respexissem, nunc autem adducite  
mihi psalten. Arguebat illum quidem ze-  
lo & magno animo, repetens coram eius  
peccata & idololatrias, tamen causa Iosaphat

pij & sancti Regis facit ipsis pro-  
ponere gratias, quas Deus ipsis illa die e-  
rat exhibiturus, dans statim aquarum  
abundantiam, & post victoriam de ini-  
micis.

Quia tamen se illo animo & zelo, quæ-  
uis sanctus, turbat & inquietum reddi-  
derat; vt se componeret & inquietudi-  
nem tolleretur, & sic responsum à Deo im-  
petraret; iussit psalten adduci. Quo ad-  
ducto, & quare cantu eius restituta, ce-  
pit narrare mirabilia, quæ Deus ipsis erat  
largiturus. Si necesse fuerit, vt ille, qui  
sanctus erat, turbationem, quamuis bo-  
nam & sanctam, auferret & tolleretur, vt  
cum Deo ageret, & eius responsum ex-  
pectaret; quid factu opus erit de turba-  
tione & inquietudine non sancta nec bo-  
na, sed imperfecta & praua?

Quantum ad secundum: orationem  
videlicet medium est: ad mortificationem  
parandam; fuisse satis de eo diximus tractatu  
de oratione, & hic fructus est, quem  
inde percipere debemus. Oratio, quæ so-  
rorem & comitem non habet mortifica-  
tionem, habetur à Sanctis suspecta; & id  
quidem merito: vt enim adfero formam  
quam volumus, inducendam, non suffi-  
cit illud igne emolliri, si ictus malleorum  
non addantur, ad eam formam dandam  
quam intendimus: sic etiam non satis est  
cor nostrum calore orationis & deuotio-  
nis emolliri, nisi addatur malleus moti-  
ficationis, exercendo animam & tollendo  
prauas propensiones, & inducetes for-  
mas & figuras necessariarum virtutum.  
Et ideo suauitas orationis, & dulcedo  
amoris diuini necessaria est, ad tollendum  
molestiam & difficultatem, quam moti-  
ficatio secum fert, ad dandum nobis ani-  
mum & vires suggerendas propriam vo-  
luntatē abnegandi, & inclinationes pet-  
uerfas superandas. Nec est in oratione  
sibistendum, sed progrediendum, vt Deo  
fauore perfectam passionum mortifica-  
tionem impetremus, quæ tam nobis ne-  
cessaria est, & nobis à Sanctis & sacris vo-  
luminibus tam commendatur.

S. Augustinus in locū illum Genesios



*Gen. 21. 7.* Creuit igitur puer & ablactatus est: fecit quo Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius: querit quid causæ sit, quod narret Scriptura natiuitatem Isaac filij tamdiu ante promissi, & expetiti, in quo omnes gentes terræ benedicerentur, & non fuit festus dies celebratus ipso natiuitatis tempore, & narret quod octauo die fuerit circumcisus, qui erat quasi dies baptismi solennis, & nec tunc quidem fuerit dies ipsi festus. Sed quando ablactatur & tollitur à matris yberibus, & vadit infans, eo quod ablectetur, dicit patrem tunc diem festum egisse, & epulum magnum parasse. Quid hoc sibi vult dicit Sanctus Doctor, sensum aliquem spiritualem piis eliciendum, ad tollendam dubium.

*Gen. 21. 7.* Spiritus enim sanctus hic indicare vult, tunc denuo gaudium & festum spirituale agendum, quando quis creuit in virum perfectum, & non est amplius ex illis, de quibus dicit Apostolus: *Tanquam paruulus in Christo lac vobis potum dedi, non escam.* Idemque nobis melius applicantes, ibi indicatur, gaudium & lætitiã Religionis, nec superioribus esse qui sunt patres spirituales, quando quis nascitur religioni in illam intrando, nec quando absoluto nouitiatu recipitur, sed quando vident illum ablactari, & desinere infantem esse, & non amplius cibis & crepundijs puerorum oblectari, & panem vna cum crusto edere, & se posse cum illo vt homine spirituali & mortificato agere.

*Gen. 21. 7.* Aliam præterea habet oratio connexionem & consanguinitatem particularem cum mortificatione, non enim solummodo est medium ad eandem acquirendam, sed ea ipsa in se est magna carnis mortificatio. Id enim Spiritus sanctus per Sapientem testatur: *Vigilia hominis in se faciet carnes.* Et alibi: *frequens meditatio carnis afflictio est.* Et idem sacra indicat pigina in lucta illa, quam Patriarcha Iacob habuit tota nocte cum Angelo, ex qua (vt narratur) mansit claudicans, Experientia etiam nos docet, eos, qui se

multum his mentalibus exercitijs dant, fieri debiles, pallidos & infirmos; hæc enim vt linia delinant & mortificant carnem, & consumunt vires & sanitatem. Inde apparet orationem multum conducere ad mortificationem.

## CAPVT II.

*In quo consistat mortificatio, & quam necessaria illa nobis sit.*

**V**T ab ipsis fundamentis rem ordiamur, præsupponendum duas in anima esse partes principales, à Theologis dictas partem superiorem & partem inferiorem, & notioribus verbis Rationem & Appetitum sensitiuum. Et ante peccatum infelici innocentia & iustitiæ originalis statu, in quo Deus hominem creauit pars hæc inferior perfecte superiori subiiciebatur, appetitus videlicet rationi, vt pars ignobilior nobiliori & vt seruus naturalis Domino. *Fecit Deus hominem rectum.* Non creauit Deus hominem inordinatum, vt nunc est, sed tunc absque vlla difficultate vel contradictione, magna que cum facilitate & suauitate appetitus rationi morem gerebat, homoque Creatorem diligebat, & totum se eius seruitio mancipabat sine vlllo obstaculo aut impedimento. Tunc temporis appetitus tam erat subiectus rationi, vt nullus à carne motus nec tentatio oriri posset, nisi homo id libere expeteret. Non fuisset tunc tentatio ab ira, inuidia, gula, luxuria, nec aliqua praua concupiscentia, nisi deliberata voluntate id expetissemus. Sed que ratio per peccatum rebellis facta fuit Deo, etiam appetitus rationi se opposuit. *Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago,* dicit Apostolus Paulus. In appetitu sensitiuo, etiam te inuito, exurget in anima tua motus & affectus contrarij.

Præterea, si homo non peccasset, prout & paratū fuisset corpus ad exercendū quoduis opus, quod anima voluisset, & non

*Appetitus in statu innocentia rationi obediens.*

*Ecc. 7. 30.*

*Post peccatum appetitus rebellis.*

*Ad Rom. 7. 19.*